

743  
Timor

quod tibi non facit. Sic timor qui sine caritate est videtur peccatum expellere. sed omnino non expellit. quod dicit Augustinus. quod manet in timore sui peccati voluntas et sequitur opus. si speraret impunitas. Tertius bonum quod facit timor est gratia dei collatio et profusio. Bernardus. In veritate didici nihil ita esse efficacius ad gratias promerendam. recuperandam. retinendam. quam si oportet inveniaris nihil altius sapere quam timere. Time ergo cum arriserit gratia. time cum amiseris. time cum denovo reuertitur. time cum adest gratia ne indigne opereris ex ea. time subtracta gratia. quasi mori casus. time quod dereliquit te custodia tua. si redierit gratia multo amplius timendum ne forte contingat patere rediit. recitare ei quod incidere detur. est. iuxta illud iob. v. Ecce iam sanus factus es iam amplius noli peccare ne detur tibi aliquid contingat. Item timor domini bonis aceto meliorat ut unus timens deum mille alij proficiat. Ecclesiasticus. xvij. Melior est unus timens deum quam mille filij impij. Et non quod minus timet peccata irruet super eum nisi. ut dicit Job. vij. Nolite timere eos qui occidunt corpus etc. Augustinus. Si creature seniunt. deum time non illas quod omnia sub ipso sunt. cupiditate nocendi bene non praesentes. si ille non dat non bene. nisi magna sapientia est deum semper timere. Ecclesiasticus. xvij. Homo sapiens in omnibus metuit. Quartum est bonorum operum multiplicatio. Ecclesiasticus. xv. Qui timet deum faciet bona. Gregorius. Deum timere est nulla quae facienda sunt praeterire Ecclesiasticus. vij. Qui timet deum nihil negligit. Quintum est bonorum promissio. Tobie. iij. Multa habebimus si timuerimus deum. et recesserimus a peccato et fecerimus bene. Septem modis promittit timentibus deum misericordia patris. Quod miseret patris filiorum misericordis est dominus timentibus se. Ecclesiasticus. j. Timentes deum bene est in extremis etc. Item sufficientia omnium bonorum patris. Scilicet domini super merentes eum et in eis qui sperant etc. Item secundo sufficientia temporalium. psalmus. Timete deum omnes sancti eius quoniam non est inopia timentibus eum. gloria temporalium. Augustinus. Pascit praesentes se et se ferit timentes se misericordis videtur. Item interna dulcedo. Ecclesiasticus. j. Timor domini delectabit cor etc. patris. quod magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te. gloria. quam tibi impius non sentit. quod te febre iniquitatis palatum cordis amisit. Item vite prolongatio. Proverbia. x. Timor domini apponit dies etc. Et infra. xij. Timor domini fons vite indeficiens ut declinet a ruina mortis. Item omnium exaudicio psalmus. Voluntatem timentium se faciet et reprobos eorum exaudiet. Item mentis illuminatio. Ecclesiasticus. ij. Qui timetis dominum diligite illum et illuminabunt corda vestra. Item promittit eterna gloria et beatitudo. Ecclesiasticus. j. Timor domini gloria et gloriatio. Proverbia. xvij. Beatus homo qui semper est pauidus qui vero mentis est dure corruet in malum. Ecclesiasticus. xv. Beatus est cui donatum est habere timorem domini. Et infra. xxxij. Timentis deum beata est anima eius. id est habebit beatitudinem eternam. Sed nota quod debemus timere deum propter tria. propter potentiam. quia inuincibilis. propter sapientiam. quia infallibilis. propter iustitiam. quia inflexibilis. Primo propter potentiam. quia fortissimus est. Si fortitudo queritur robustissimus est. Plus enim timet princeps qui potest plus nocere. edictum eius et precepta melius observant. Et ideo cum princeps terre non habeat potestatem nisi super diuitias et corpora. deus autem super hoc. et super diuitias et super animam. plus omnibus principibus et regibus timentus est.